



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginius**

**Campidonæ, 1673**

Caput 1. Quid privilegium, quæ hujus nominis notio?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

888  
m-  
ci-  
229  
fa-  
295  
vi-  
abus  
299  
ci-  
300  
nes  
xus  
304  
u in  
nur  
306  
no-  
315  
dra-  
ent-  
317  
pum  
330  
s E-  
uris-  
335  
10-  
336  
nam  
cor-  
340  
ona-  
cien-  
343  
offint  
345



# SECTIO PRIMA IN QUA TRADITUR DOCTRINA GENERALIS DE PRIVILEGIIS

## CAPVT I

*Quid Privilegium? Qua hujus Nominis notio?*

### SUMMARIUM.

1. Privilegium est quælibet concessio Principis.
2. Magis proprie que contra jus.
3. Effectus Privilegii.
4. Beneficium quid.
5. Privilegium constituit privatam legem.
6. Differt à lege, ut species à genere.
7. Tollit obligationem legis.
8. Non potest esse conforme juri, sed necesse, ut semper differat.
9. Aliqua Privilegia concedunt tantum id, quod jure communi licet.
10. Aliqua minus quare dantur.
11. Privilegium dicitur quod confert novum titulum.
12. Quomodo differt Privilegium, à dispensatione.
13. Facilius presumitur falsitas in Privilegio.
14. Quæ sit summa in bullis.

**P**RIVILEGIUM, ut notat Bald. l. fin. ff. de const. Jason. in usib. feud. & Reduff. in pra. ben. tit. de pap. provis. potest dici quælibet supremi principis concessio. Sed magis proprie ea tantum sic dicitur, in qua aliquid contra jus commune conceditur, ut cum communi docet Sylv. v. privil. n. 1. quia effectus privilegii est, derogare juri communi, ut monet Bon. p. 4. de priv. §. 1. prop. 2. Unde Panor. in c. olim de ver. sign. nu. 7. & Ancar. c. beneficium de reg. jur. in 6. dicit, quod Privilegium, est concessio contra jus, ut si aliquid non contra, sed præter illud indulgeat, non jam Privilegium, sed potius beneficium appellari debeat, ex doctrina Panor.

A



2  
 Panor. loco cit. Sylv. loco cit. & Ang. eod. v.  
 Et dicitur Privilegium, quasi privatū  
 legium. c. fin. 25. q. 1. quia scilicet constituit  
 5 privatam legē, ut ibi dicitur, & notat Azo.  
 c. ideo. 1. 2. q. 6. Ut privilegium sonet idem  
 quod *privum legium* inquit Rebuff. loco cit.  
 id est quod lex privata, quia respicit pri-  
 vatam utilitatē, illius cui conceditur,  
 ut monet Marfcor. c. licet de const. in 6. n. 188.  
 & ob id privatam, & specialem legem  
 6 constituit, à communi lege differentem,  
 sicut à specie genus, secundum Calder. c.  
 postulasti de penit. n. 62. Jacobum de Zoch c.  
 omnis eod. n. 339. & Belyf. c. romana de for.  
 com. in 6. §. contrahentes. n. 159. Seu sonet idē  
 quod privans legem, ut putat Panor. c. Ab-  
 bate de verb. sign. n. 7. Nimirū (inquit) &  
 cum ipso Burgos c. sicut romana de rescrip.  
 quia habet aliquid contra legem, hoc est  
 quia jus cōmune privat in aliquo, ut ex-  
 plicat Archid. & Hugo c. privilegia d. 3. &  
 post ipsos Riminal. c. canonū de const. Puta  
 7 vi. & efficacia, seu potestate obligandi il-  
 lum, qui habet privilegium. Unde ibi. Bene  
 8 infert idē Riminald. Quod privilegium,  
 non potest esse conforme juri communi.  
 Secundum quod Panor. in hīs de privil. con-  
 cludit sic semper esse privilegiū interpre-  
 tandum, ut aliquid addat juri communi.  
 Ut in hoc quod addit, & quo, ab ipso jure  
 communi differt, consistat natura privi-  
 legii, si propriè loqui volumus.  
 9 Aliās tamen notant DD. nonnunquam  
 inveni i privilegia, quā non plus conti-  
 neant, quā jure cōmuni conceditur, ut  
 in c. quia in causis de procur. Quin etiā Limas  
 in meth. p. 1. c. 5. §. 5. Et Diāa 17. 2. dub. reg. res. 2.  
 advertit, quod inter privilegia regulariū.  
 10 nonnulla reperire est, per quē, minūs ipsis  
 cōceditur, quā jure ipso cōmuni liceat,  
 quo casu appellabimus ejusmodi conces-  
 siones, nomine privilegiorum, in largiori  
 significatione, nimirū quia saltē novum  
 11 titulum conferunt, quod secundū Bonac.

supra citat. Sufficit ad privilegium, puta  
 in largiori significatione sumptum.  
 Sed neq; etiam frustra datur ejusmodi  
 12 privilegia, tum quia serviunt ad tollēdos  
 scrupulos dum id quod aliās de jure est li-  
 citum, usurpamus tanquā per privilegiū  
 concessum, ut notat Coninch. d. 83. de Sacr.  
 dub. 7. n. 55. Tum quia ut monet Syl. v. privit.  
 n. 4. Solet magis timeri quod specialiter  
 prācipitur, quā quod generaliter, & so-  
 licitiū observari, quod specialiter quā  
 quod generaliter cavetur. Tum quia in-  
 veniuntur qui magis cupiunt scire privi-  
 legia, quā jura. Ac demum, quia cū  
 jura plerumque inalē serventur, per hāc  
 privilegia innovantur. Causa etiam taliū  
 privilegiorum potest esse simplicitas ali-  
 quorum regularium qui cū ignorarent,  
 aliqua de jure licita petierūt super his pri-  
 vilegia, Papa autē concedit quod petitur.  
 Differt verò privilegium à dispensatio-  
 13 ne, in duob; prācipuē, nempe primò quod  
 dispensatio, sit juris relaxatio, privilegiū  
 autē concessio contra jus ipsum, ut notat  
 Zach. c. olim de v. sign. Et secundò quod pri-  
 vilegiū, datur ex gratia; dispensatio, ex  
 causa, secundū Crot. in rubr. de res. in 6. n. 12.  
 & Reb. in pra. ben. tit. de pap. prov. n. 36. Unde 14  
 facilius prāsumitur fallitas in privilegiis,  
 quā in aliis rescriptis, ut monet Panor.  
 c. ex li. teris de fid. instr. Inoc. c. Episc. de reb. Eccl.  
 non alienā. & c. accedēs de crim. fal. Et Barbat.  
 in rubr. de res. in elem. Ipsa vero bulla in pri-  
 vilegiis, ligatur cum funiculo ex serico,  
 & pro aliis rescriptis, cum funiculo de ca-  
 nabe, ut advertunt Cignus l. rescripta c.  
 de prec. imp. off. Felin. c. postulasti de res. Et aliū  
 in c. licet, & cap. quam gravi de crim. fal.  
**CAPUT II.**  
*De variis Privilegiorum differentiis.*  
**SUMMARIUM.**  
 1 Privilegium insertum juri, est ejusdem naturae  
 ac ius ipsum.  
 Pri-